uerso sed supra
vniuersum. Et
ideo non sequi
tur q sit nihil.
Ad illud qd
obicitur q non
valet ad propo
siturum. Dicendū
q christus no
minat personā
verbi vt in dua
bus naturis. et
quia nomen im
posituz e psona
filij dei. qz filio
di repugnat. repu
gnat etiā xpo. r
tō auctas idura
r alie sequentes
ad pposituz qdē
faciunt. sed hē
p accides. Alio
etiam mō faciūt
ad pposituz. qz
auctas indu
cte sunt in ista q
sunt extra erroze
Arrianoz. Et
qm pdict^o pmo
si npr r sine de
terminatione p
lat^o fmonē Ari
rij est p pingu.
ideo qui et cose
queti auctas
J 2

De pfidia r
pena Arrij

Gal. iij.

inducere obuiant p̄dicto f̄moni. ⁊ p̄pterea valēt tam in se q̄ ad p̄positū. **B** Et si q̄ x̄ps fm̄ hoīem dicitur creatura. nō tñ simplr̄ p̄dicand⁹ est ⁊c. Contra. qd̄ vere de al tero p̄dicat cū d̄terminatōe nō d̄minuere. vere p̄dicat de ip̄o simplr̄. s̄ hō nō d̄minuit de rōne x̄pi. ḡ si aliqd̄ dicit de x̄po fm̄ hoīem. videt q̄ simplr̄ dicit de ip̄o. Itē qñ ali quid narū est in esse solū fm̄ cozpus. ⁊c. de rōne simplr̄ si q̄rū ad cozpus dicit. ḡ pari rōe si ali quid narū ē in eē x̄po fm̄ huma nā naturā. v̄t q̄ necessaria sit cō sequētia q̄ ei sim pliciter ⁊ abso lute p̄ueniat.

2 **R**o. dō. q̄ cū aliqd̄ d̄ de aliqd̄ simplr̄ ⁊ sine de re m̄iatōe. hoc potest eē dupl̄. Aut ita q̄ sim pliciter dicitur nō ponat lati rem suā q̄ cum ponit cū d̄ter minatōe. ⁊ tunc licet inferre. Aut ita q̄ latius po nat rez suā q̄rū est de sensu quez s̄ba p̄cedunt. ⁊ tunc p̄sequētia p̄t negari. Si cur nō seq̄tur si inferat. ille est albus fm̄ pedē. ḡ ille est albus. p̄ hūc modum nō seq̄tur q̄ esse creatura fm̄ hoīem attribuit x̄po rōne nature assump̄te. P̄solatū aut simplr̄ videt ei conuenire oīno. Conuenit em̄ esse noīe creature ea intelligi q̄ oīno inducta sunt de nō esse in esse. Et sic p̄ r̄sio ad v̄tranc̄ rōnem. Vel dicit sicut d̄ictū fuit. di. vii. de p̄destinatōe x̄pi q̄ nō seq̄tur est p̄destinat⁹ fm̄ hoīem. ḡ est p̄destinat⁹ simplr̄. nō q̄ hō d̄minuit s̄ q̄ variat ac tributio p̄dicari. v̄t qd̄ attribuit p̄us humane nature. postmodū attribuit diuine p̄sone. ⁊ iō talis mod⁹ p̄di candi inducit accidēs in aliqd̄ p̄dicatis q̄ suā extra natōe p̄comitant. nec inferri p̄t.

3 **M**itens p̄ h̄ pbare x̄pm̄ eē aliqd̄ nō diuinū. Videt q̄ m̄ḡr̄ habeat il lud p̄ in cōueniēti. sed h̄ nullū videt in cōueniēti. q̄ cū x̄ps sit d̄ns. hec nō recipit x̄ps est hō d̄nicus. ḡ pari rō ne cū x̄ps sit de⁹. hec nō videt admittenda. x̄ps ē aliqd̄ diuinū. ḡ eius opposita ē vera. s̄. x̄ps ē aliqd̄ nō diui num. Item videt q̄ argumētatio illa sit necessaria. Et x̄ps ē aliqd̄ subā nō diuina. q̄ x̄ps sit aliqd̄ nō diuinum. Ad esse em̄ subā necessario seq̄tur esse aliqd̄. Sicut ḡ seq̄tur esse hō albus. ḡ aīal albū. ita necessario seq̄ vide tur. est subā nō diuina. ḡ aliqd̄ nō diuinū. **R**o. dōm q̄ bec ē vera. x̄ps ē aliqd̄ diuinū. ⁊ bec ē falsa x̄ps ē ali

Quomō aut creatura eē deo p̄t. Et em̄ de nature simplicis ē si p̄tice atq̄ cōposite. cū nihil accidat. sed solū qd̄ diuinū est in natura habeat sua.

Dissoluit argumētationē so phisticā q̄ videtur esse p̄raria veritati.

Et si x̄ps fm̄ hoīem dicitur creatura. nō tñ simplr̄ p̄dicand⁹ d̄s ē creatura. Nec ex eo q̄ x̄ps fm̄ hoīem d̄r̄ eē creatura p̄t q̄s p̄gredi sic argumētando. Si fm̄ q̄ hō x̄ps ē creatura. vel rō nalis vel nō. v̄t q̄ est de⁹ vel nō nitens p̄ hoc pbare x̄pm̄ esse aliqd̄ nō diuinū. q̄ quod ip̄e ē fm̄ hoīez ip̄e est. Et iō si fm̄ hoīe minē est aliqd̄ substātia nō diuina est v̄tq̄ aliqd̄ nō diuinū. Sed ex tropicis locutiōibus nō est recta argumētationis p̄cessio. Illa aut locutio tropica ē qua x̄ps dicitur creatura vel simpliciter vel cū adiunctione.

Utrū homo ille sp̄ fuerit v̄t aliqd̄ cepit esse.

Post p̄dicta querit v̄trū hō

qd̄ nō diuinū. Nec ē ille de h̄ noīe diuinus ⁊ de h̄ noīe d̄nicus. Nā ⁊ si v̄trūq̄ sit possessō. tñ d̄nicus ipoz tar circa illud de q̄ dicit possessō. ē p̄ modū passionis. d̄ em̄ d̄nicus a d̄no habet vel possessus. Sed diuinū nō solū p̄ modū passionis. s̄ ⁊ p̄ modū actōis. q̄ diuinum dicit qd̄ h̄z diuinitatē. p̄ quem modū cōsuevit dici p̄sona diuina. Et p̄pter h̄ p̄cedit ista r̄ōnē vera. x̄ps ē aliqd̄ diuinū. q̄ ē p̄sona diuina. Et iō m̄ḡr̄ danc negat. x̄ps ē aliqd̄ nō diuinum. Et dicit q̄ bec p̄sequētia nō re net. x̄ps fm̄ q̄ creatura ē aliqd̄ nō diuinū. ḡ est aliqd̄ nō d̄nicū. quia in p̄ma re mouet negatio diuinitatē a cre ara natura. s̄ in p̄clusionē remo uet a p̄sona eter na. Si aut̄ que ritur v̄trū h̄ sit p̄cedēda x̄ps est homo diuinus d̄m̄t q̄ nō. Nā cū sic dicitur. di uinus non p̄t dicere diuinitatem p̄ modū in formantis. nec possessionem p̄ modū actōis sed solū modū passionis. p̄ quē modū dicit diuinissimus paulus. vel diuinissim⁹ iohes. Unde improprie sunt tales locutiones de x̄po. P̄pterea m̄ḡr̄ concedit earum oppositas cum dicit x̄ps fm̄ hoīem est aliqd̄ subā nō diuina. i. non in formata diuinitate. quia ē subā cre ara. ideo sane p̄cedit p̄missas ⁊ negat p̄clusionē. dicit peccatū esse in tali locutione.

Et tropicis locutionibus ⁊c. Videt q̄ verbū illud nihil faciat ad p̄positum. quia nulla istaz locutionū est tropica. nullā enim ibi est transumptio. imo fm̄ p̄prietatē f̄monis dicitur Item videt esse falsum q̄ ex tropicis locutiōibus nō est recta argumētatiōis p̄cessio. quia aut sunt ⁊c aut false. Si vere. ex veris p̄uenit inferre verē. ḡ recta potest ce talibus locutionib⁹ argumētatio fieri. Si false. sed ex falsis potest recte inferri falsum. potest etiā ⁊ verē ḡ v̄ detur q̄ nihil sit dictum hoc qd̄ m̄ḡr̄ dicit. Dic etiam modus solvendi videt in auditis. quia nō est p̄ uncerē p̄tionem. nec p̄ diffinitionē. Nullus em̄ locus sophis ticus est. nec in dictione. nec extra. cur⁹ dissolutio cur rat fm̄ hanc viam. **R**o. dōm q̄ tropicus sermo diu 4 pliciter potest dici. Uno nāq̄ modo tropicus dicitur sermo in quo est aliquod viciū aliquo tropo excusatus. Est em̄ tropus figura. ⁊ figura est viciū rōne excusata.

Aug. sup Job

Aug. sup Plat

Job vii

Marginal notes on the right side of the page, including references to Augustine and Job, and some illegible text.

Alio modo dicitur sermo tropicus dicitur sicut dicitur hinc aliquando in
 proprietate. sicut in excelsis per aliquam determinationem. Cum
 dicitur magister per istum sermo tropicus est creatura secundum hominem. et tro-
 picus. sicut dicitur quod aliquando hinc in propria proprietate surgit et re-
 pugnantia intellectui. quod remouet per determinationem adiu-
 etiam. Et per tanto vocatur magister per dicitur tropicus accipiendo
 casus. Possit etiam dici quod vocatur eas tropicas accipiendo
 tropu per figura. Possunt enim dici tales locutiones syno-
 doctice. quod dicitur per attribuit toti. et accipit largo modo
 per totum. ut dicitur humana natura quod dicitur modo per respectu
 christi licet non proprie. Et sic potest dici quod tales locutiones tropi-
 ce sunt. et per figuratiue sunt per synodocthen secundum quod synodo-
 ches est figura locutionis. Sicut et dicitur per in gratia ma-
 trica. Synodocthes aliquando est figura locutionis. aliquando con-
 structionis. Uterque dicitur magister in dicitur per dicitur locuti-

ones esse tropicas. Veritatis quod et tropicus non est recta
 argumentationis processio. Et ratio huiusmodi. quod aliquando negat ali-
 locutio. propter inproprietatem. et cum aliquando sicut excelsis sub
 vna forma. si fiat processio ad sermonem sub alia forma in
 qua non inuenit excelsionem. procedit a locutione quod excelsis. ad
 eam quod non hinc excelsionem. et sic talis processio impedit. sicut si
 procederet a vero ad falsum. Cum illud argumentum non valet
 iste est albus secundum pedem. quod est color. ar. pede. quod est enim ad ce-
 albu sequitur coloratum. tunc processio dicitur non valet. quod co-
 lor non est natus inesse corpori secundum preteritum sicut albedo. et hoc est
 quod vult dicere magister in proposito. Et hoc est quod ali-
 as confuevit dici quod locutiones inproprie non sunt con-
 cedende nec ad consequentiam trahende. sed magis sunt
 sustinende. et exponende. et arte de ne de minorum inprop-
 prietate veniatur ad maiorem.

H intelligencia autem huiusmodi peris incidit hinc quod circa
 duo. Primum quod ad christi predestinationem. Secundo vero quod
 circa hinc quod videntur circa christum ponere in conceptione
 circa primum quod sunt tria per copationem ad predestinationem nostram.
 Primum quod vult predestinationem christi sit in predestinationem nostram.
 Secundo vero sit in predestinationem nostram forma exemplaris.
 Tertio vero respectu in predestinationem nostram sit se a re calitatis

gram predestinationis eripuit de statu peccati et de massa per
 dicitur. sicut dicitur glo. Ro. viii. Quos predestinavit hos et
 vocauit. et ipse repperit indicat. hinc autem statum non est repperit in
 christo aliquid modo. Et sic quod ad primum est simpliciter uenientia. quod
 ad vltimum scilicet ad statum differentia. quod ad duo in-
 termedia primum est uenientia. primum differentia. In nobis enim
 est predestinatio respectu nature. et etiam respectu persone. et
 magis proprie respectu persone quam respectu nature. In christo autem
 est predestinatio ratione nature assumptae quod sequitur diuinam
 dispositionem non ratione persone. et ita est quod modo uenientia
 quod modo differentia respectu predestinari. Respectu etiam
 terminum est differentia. Nam nos sumus predestinati ad
 gram et gloriam. filii et christi. sicut nos sumus predestinati ad primum
 pandam gloriam et gram successiue. christus autem filius. Ite nos sumus
 predestinati ad gram persone singulari. christus autem ad gram vni-
 onis et singularis persone. et ita ratio hinc quod ad nos. et abudat
 a nobis. ac per hinc quod modo uenit quod modo excedit. Uterque est quod
 predestinatio christi quod modo est conformis et quod modo difformis.
 Et si notificet secundum illud in quod conformis et vniuocatio. secundum
 autem quod discouenit non. Et per hinc patet rationes ad vtriusque preteritum
 Nam primum quod ostendunt quod sit in predestinationem nostram conformis pro-
 dunt a predestinationem vel predestinari quod ad naturam
 vel ex parte terminum quod ad gram et gloriam. et sic verum concludunt
 Rationes vero ad oppositum procedunt de ipsa predestinationem a pre-
 star initialis. vel a predestinationem ratione persone. vel a pre-
 terminum ratione vniuocis diuine. et suis viis procedunt sunt ius-
 gule. **Questio.** **II**

Questio I
 An predestinatio christi sit in predestinationem nostram conformis. ita
 quod natura et sua predestinatio dicat secundum rationem vniuocis. Et quod
 sic verum primo per differentiam predestinationis. Predestinatio est
 comparatio gratie et glorie. sicut hinc uenit christo et nobis. et sic. Ite quod
 uenit christo secundum humanam naturam. uenit nobis vniuocis
 cum sit eiusdem nature et spiritus nobiscum. sicut predestinatio conue-
 nit christo secundum naturam humanam. quod nobis et sibi coponit secundum rationem
 vniuocis. Ite conformatur christo in merito. et sic conformatur
 in merito necesse est conformari in primo. quod pari ratione et in di-
 uino proposito. sicut hinc predestinatio. et sic. Ite Aug. de vo-
 carum sanctorum. Qui cum hinc gratia sit christi. sicut ille hinc
 ab initio factus est christus. sicut hinc modo de alios homines christi nos
 fecit per quem modum et illi hominem christi fecit. et oino eodem
 modo predestinavit quod modo fecit. quod per eundem modum predestinavit
 nos et christum. Sic Aug. de predestinationem sanctorum. Pre-
 destinatio est propositum misericordie. sicut respectu eius non est mi-
 serendi propositum in quod nullum contingit regiri peccatum. Et sic
 talis christus. verum quod non secundum eandem rationem dicat predestinatio de
 nobis et de christo. Ite predestinatio sic notificat contra prede-
 stinatio est comparatio gratie in presenti. et glorie in futuro. Sic in
 christo sit fuerunt gratia et gloria. quod predestinatio non uenit nobis
 et christo secundum vnam rationem. Ite predestinatio est in nobis non tamen ratione
 nature veritatis ratione persone. sicut in christo est predestinatio ratione
 nature assumptae non ratione persone. cum illa sit eterna. et sic.
 Ite ille hinc christus predestinatus fuit esse deus filius secundum quod dicitur
 Ro. i. Qui predestinatus est in illo deus in virtute et. Unde et da-
 tus est ei spiritus non ad mensuram. Nos autem predestinati sumus ad
 gram creatam et finitam. sicut hinc creatum et infinitum non vniuocis
 in aliquid cum in creatum et infinito. necesse est sequitur quod predesti-
 natio secundum aliam et aliam rationem dicat a nobis et christo. **Questio.** **III**
 quod predestinatio christi quod modo hinc conformitatem ad naturam prede-
 stinationem. quod modo difformitatem. quod per se attendant ea quod
 circa predestinationem sunt consideranda. Considerat enim predesti-
 natio in copatione ad predestinationem et ad predestinari. et ad
 terminum. et ad initiale statum. Si sic consideret predestinatio
 secundum copationem ad predestinationem. vniuersum rationis et conformis mo-
 di est predestinatio christi in predestinationem nostram. Eodem modo quo
 ipse de predestinavit christum. predestinavit et nos. Si loquimur
 in copatione ad statum a quod simpliciter est differentia. Nam nos per

Utrum predestinatio christi respectu in predestinationem nostram sit
 forma exemplaris. Et quod sic verum Ro. viii. Quos predestina-
 uit conformes fieri imaginis filii sui. Sic illud cuius dicitur res
 conformari et figurari est exemplar eius. sicut hinc predestinari sumus
 ut conformemur christo. verum quod est predestinatio sit in predestina-
 tionis exemplaris ratio. Ite Aug. de predestinationem sanctorum.
 Declarissimum lumen in predestinationem nostram est ipsis christus. sicut lumen
 hinc rationem distinguendi et notificandi. Si sic hinc coponit forme
 exemplari. verum quod predestinatio christi sit in predestinationem nostram exem-
 plar et ratio agnoscedi. Ite verum christi et modo viuendi fuit norma
 et exemplar serui viuendi ipsis membris christi. Sic sicut se hinc
 uersatio ad uersationem. ita se hinc predestinatio ad prede-
 stinationem. sicut si vira sua fuit regula et exemplar in vire. pa-
 ri ratione predestinatio sua predestinationem nostram. Ite christi genera-
 tio fuit ratio exemplaris omnis emanationis. quod in verbo quod deus ge-
 nuit. omnia disposuit. quod pari ratione est predestinatio fuit ratio ex-
 emplaris omnis predestinationis. Sic supra illud Job. reuerentia
 Nunquid non sunt ordinem celi. et. Glo. Noscere ordinem celi
 est signum dispositionum occultas disponens videre. sicut hinc
 predestinationem nostram et dispositionem est ordo et distinctio. quod vniuersum

quisq; pdestinat' bz sua p'pam pdestinatōz distinetaz a
 pdestinatōe xpi. Et si alia rōe pdestinat' ē xps 2 alia aliq;
 nō est exēplar sue pdestinatōis 2 alioz. Itē ipa pdesti-
 natio nihil aliud ē q' p'p'io sue dispositio p'ncipis ad ex-
 emplar. si q' exēplari nō est exēplar. q' pdestinatōis ni-
 hil est exēplar. q' pdestinatōis nre nō ē exēplar pdestina-
 tio xpi. Itē q' sunt sil. vñū n̄ est rō exēpladi reliquū. Sz
 oēs pdestinatōes sil' 2 ab eterno fuerūt in mēte diuina. q'
 pdestinatio xpi nullaten' poruit ēē exēplari forma. Itē
 si pdestinatio xpi ē exēplar nre pdestinatōis. Aut q' rōe
 pncipal' significari. Aut rōe pnotari. Si rōne pncipal'
 significari. 2 cū illud sit de' siue diuina cēntia. idē erit exē-
 plari 2 exēplari sui p'p'. Si rōe pnotari. Contra. ei exēplar
 pcedit exēplari nō sequit'. Sz mliti habuerūt q'ram suā. ē
 q' est effect' pdestinatōis anq; xps suscipit q'raz. q' nō v'f
 q' pdestinatio xpi cuiuslibet alteri pdestinatōis fuerit ex-
 6 emplar' forma. **R.** dō. q' ē loq' de pdestinatōe xpi 2 no-
 stra dupl'r. Aut q' rō ad pncipale significari. Aut q' rō
 ad cōnotari. Si loq'mur q' rō ad pncipale significari 2
 qd' qd' est diuina cēntia. sic nulla pdestinatōe exēplar bz
 ab alia. cū oēs vñū sint. i. diuina cēntia. Si ar loq'mur
 q' rō ad pnotari qd' qd' est gra 2 gloria. tūc distinguen-
 7 dū ē. q' dupl'r ē exēplar. Quoddā inter' in mēte artifi-
 cici. sic rō fm quā artifex pducit sua opa. Qdā exte-
 ri' ad qd' aspiciēs ille q' i'grat arte aliq' mō regulat'. Sic
 illi artifices mechanici aliq's formas exteri' hnt fm q's
 dirigunt opa sua. sic pz in his q' faciūt calciamēta. Si q'
 pncipio mō loq'mur de pdestinatōe xpi rōe pnotari. adhuc
 pdestinatio xpi nō ē nre pdestinatōis exēplar. 2 cū non
 pdestinatioit nos aspiciēs ad aliq' aliud a se. sz vñū qd'
 q' pndit se 2 dispositur fm rōne p'pam. Si hō loq'mur
 de exēplari scdo mō. sic pdestinatio xpi ē exēplar nre p'p-
 destinatōis. exēplar inq; directū n̄ respectu sūmi artifi-
 cis sz respectu nri tā in credēdis q' in expectādis. q' etiā
 in opandis. Tūc ei est in nobis recte gra 2 qn' xpo effecti-
 mur 2 formos. 2 talia etiā p' q'ram futura sunt corpa nra
 q'le xps sua resurrectōe mōstrauit. fm q' dicit' sancti. et
 nos ipsi si volum' ad vltimū pdestinatōis rei minū p'ue-
 nire necesse habem' in auctore fidei 2 psumatōe aspice-
 re. q' exēplū dedit nob' vt quēadmodū ipse fecit 2 nos faci-
 am'. Quēadmodū pet' dicit'. **Pe. ij.** Xps passus est p
 nos vobis relinqs exēplū. Et p' rōne dicit' Aug. q' ipse
 est pclarissimū lumē nre pdestinatōis. q' si ds ad vñū quē-
 q' n̄m dicat. Aspice 2 fac fm exēplar qd' tibi in monte
 mōstratū ē. h̄ ē in xpo. cur' oia illa ye. re. appōpata fue-
 8 rūt sig'. 2 in h' sensu pcedit. q' pdestinatio xpi exēplari
 forma sit nre pdestinatōis. Ad illud q' qd' obr' in xpi
 q' sunt distincte 2 ordinare. dō. q' ex illo p'bo h' q' inter
 pdestinatōes a p'p' pnotatoz ē distinctio. sic tñ q' n̄ de-
 est ordo. Et tō q'uis nre pdestinatōis effect' ab effectu p-
 destinatōis xpi sit distinct'. pōt tñ h̄re ordinē ad ipz fm
 quē est directio vel regulario. 2 p' h' qdā rō exēpladi.
 9 Ad illud qd' obr' q' pdestinatio ipa ē exēplar. dōm q'
 v'z ē de rōne pncipal' significari. Et q' rō ad h' bñ pcedē
 dū ē. q' vna pdestinatio n̄ est exēplar alteri'. sz rōne cō-
 notati ē exēplari. 2 nihil p'hibet aliq' ēē qdā mō exēpla-
 rū 2 qdā mō exēplari. Sic liber pmo fact' ab artifice est
 exēplar respectu libroz inde fitendoz. sz exēplari' fuit ab
 arte exēctē in mēte. sic 2 in effectu pdestinatōis intelligen-
 10 dū est. Ad illud qd' obr' q' pdestinatōis sunt sil' tā p'z
 mō. h̄ em v'z ē q' rō ad pncipale significari. sz q' rōm
 ad pnotari vitarē nō ē. 2 tō n̄t il' pcedit qn' ex illa p'p-
 11 p'ing'at rep'it exēplari' rōe. Ad illud qd' obr' q' exēplar
 pcedit exēplari'. dō. q' 2 si xps p'p' loq'ndo sua vita n̄ de-

dit formā 2 exēplū nisi h'is q' secuti sunt eū. tñ sub q'bus
 dā velamibz figuraz dedit pcedit' qd' nob' dar' agere.
 2 cū exerebātur spūaliter et fideliter a vniuersis scis 2 spū
 alibus. p' hoc xpo conformabātur in vita. quē et si non
 dū viderēt i' carne. videbant tñ fide. Iuxta illud Job.
 viij. Exultauit vt videret die illū. vidit 2 gauisus est. 2
 trā q'uis nō pcesserit r'p'e. pcessit ramē pfigurātōe 2 cre-
 dulitate. Et illud sufficit ad rōem exemplari' rōis qua/
 lem cūq;. P'cterea et si q' rō ad grām nō pcessit. ramē q'
 rō ad gl'iam pcessit. 2 rōne illius rōnem exemplari' rōis
 rōis habet xpi pdestinatio respectu oim'. ipse eni est p'p'
 mogentius i' multis fratribz p'mari' tenēs in omnibz

Questio III

Utrum in pdestinatione xpi respectu nostre sit vera rō
 causalitatis. Et q' sic v'f. **L. p.** pdestinatio nos i' adop-
 tionē filioz p' ihm xpm. sz nō nisi p' xpm pdestinatus. q'
 Item Gregoz' dicit q' pdestinatio i' uatur opatio-
 nibz scōz. ergo si imp'io p'p'ioabiliter plus efficacie
 habet circa nos merito e'chari q' alioz scōz. restat q' nō
 solū p' xpi pdestinatio n̄ ē pdestinatio i' uatur. verum
 etiā causal'. nā ipm i' uatur quō ad mōdo causare est.

Itē sicut se xpi resurrexerō ad n̄m am habet resurrexerō nē-
 sic se bz pdestinatio ad n̄m pdestinationē. Sed retur
 rectio xpi est causa nre. sicut dicit' in glo. i. **L. p. r. v.** q' p'
 pdestinatio xpi causa ē pdestinatōis nre. Itē p' cū sumus
 pdestinati p' quē sumus saluari. sz saluari sum' p' xpm.
L. h. ij. fm suā miam saluos nos fecit lauacri regne
 ratoris 2 rēno. qd' effu. in nos p'iesuz xpm. Et **L. p. r. viij.**
 d' q' ad' edit vt adimpleret oia. restat q' p' xpm sumus
 pdestinati. sz xps nō est nisi eius pdestinatio p'p-
 cessit. q' pdestinatio xpi est causa nre.

L. rōa. nul-
 lū eternū bz cām. pdestinatio cum suber boīs ē eterna
 q' a nullo est causata. q' pdestinatio xpi nō ē causa nre
 pdestinationis. Si tu dicas q' hoc est rōne cōnotari
 rpal'. **S. 3.** Nihil p'posterio: effectu pdestinatōis p'm. q' ēē
 pdestinatio xpi ē p'posterio: effectu pdestinatōis nri. q' ēē
 Itē xpo nō cōuenit pdestinari nisi fm humanā naturā
 sz fm humanā naturā nō bz sup' nos causalit'atē. q' p'
 pdestinatio xpi nō pōt esse cā nre pdestinatōis.

Itē si pdestinatio xpi est causa nre. aut rōne pncipal' sig-
 nificari. aut rōne cōnotari. Rōne pncipalis signifi-
 cati nō. hoc cōstat. q' rōne cōnotari. **S. 3.** q' a 2 q' a solo
 lo deo ē tanq; a causa. nō q' a pdestinatōe xpi. Item
 contingens nō ē causa necessarij. sz ante aduētū xpi ne-
 cessaria fuit aliq's pdestinatio fuisse. illos v'z q' mov-
 rui fuerūt cum gratia. chnisti aut' possibile fuit non in-
 carnari v'f n̄ nasci. 2 ita nec ēē pdestinatū. q' pdestinatio
 eius nō poruit esse causa altaz.

R. dōm. q' si loq's
 mur de pdestinatōe chnisti 2 nra rōne pncipalis su-
 gnificari. neutra neutrius ē causa. cū v'ra q' sit eterna.
 oim'esq; sint vñū in suba. Si aut' loquamur rōne cōno-
 tati. tūc distinguendum ē. q' ē causa in genere efficien-
 tis que p'p'ie dicitur causa de qua nūc loquimur. Et
 bec ē in triplici differētia. scz effectiua. dispositiua. 2 ex-
 sponētē vel efficientē. aliq' modo pōt dici efficien-

95
 96
 97
 98
 99
 100
 101
 102
 103
 104
 105
 106
 107
 108
 109
 110
 111
 112
 113
 114
 115
 116
 117
 118
 119
 120
 121
 122
 123
 124
 125
 126
 127
 128
 129
 130
 131
 132
 133
 134
 135
 136
 137
 138
 139
 140
 141
 142
 143
 144
 145
 146
 147
 148
 149
 150
 151
 152
 153
 154
 155
 156
 157
 158
 159
 160
 161
 162
 163
 164
 165
 166
 167
 168
 169
 170
 171
 172
 173
 174
 175
 176
 177
 178
 179
 180
 181
 182
 183
 184
 185
 186
 187
 188
 189
 190
 191
 192
 193
 194
 195
 196
 197
 198
 199
 200

redū ad p̄iam sup̄nā. ad quā p̄ordiat̄i sum⁹ fm̄ electōz
 c̄nā. Et hac via p̄cedūt rōnes q̄ on̄ dūt x̄pi p̄destinatōz
 nostre p̄destinatōnis esse causam ⁊ ideo p̄cedende sunt
 13 **A**d illud qd̄ p̄mo obr̄ incōnariū qd̄ p̄destinatio n̄ra
 est c̄erna. ḡ r̄c. d̄dm̄ qd̄ v̄ez est rōne p̄ncipalis significa
 tiō n̄ rōne cōnotati. Et si obijciat qd̄ effect⁹ p̄destinati
 onis aliquoz p̄cedat p̄destinatōz x̄pi. n̄d̄ n̄d̄ est sicut
 in p̄cedenti p̄blem̄ate. qd̄ si p̄cedat q̄strum ad effectum
 gratie. n̄d̄ t̄m̄ q̄strum ad effectum glorie. Rursus q̄uis p̄
 cedat re. n̄d̄ t̄m̄ merito ⁊ credulitate. Meritū em̄ x̄pi n̄d̄
 t̄m̄ ad p̄ntes vel futuros. s̄ rōne fidei etiā se ex̄tendit ad
 14 p̄ntes. qd̄ meus inf̄ a manifestabit suo loco. **A**d
 illud qd̄ obr̄ qd̄ x̄ps fm̄ humanā naturā n̄d̄ est cā gratie
 vel glorie. d̄dm̄ qd̄ r̄c. n̄d̄ est causa effectiua. est tamē d̄
 sp̄ritua ⁊ exercitua. s̄ rōne fidei etiā se ex̄tendit ad
 x̄pi nostre p̄destinatōnis est cā. Et p̄ hoc patet sequēs
 qd̄ obr̄ qd̄ gratia ⁊ gloria a deo est tanq̄ a causa. Verum
 est si d̄cat de effectiua. alijs aut̄ modis n̄d̄ habet verita
 15 tem. **A**d illud qd̄ obr̄ qd̄ p̄ntes n̄d̄ est causa necel
 sarij. d̄dm̄ qd̄ v̄ez est si intelligat de causa efficiente ⁊ cō
 seruante. n̄d̄ t̄m̄ oportet esse v̄ez de causa excitare. **Po**
 16 test t̄m̄ ⁊ aliter dicit qd̄ est necessariū dupliciter. Uno mō
 qd̄ est necessariū p̄ se ⁊ simpliciter. Alio mō quod est ne
 cessariū p̄pter hoc qd̄ transit in p̄teritū. sicut in e scripsit
 se bodie. ⁊ illud de sui natura est contingēs. Et p̄pter hoc
 17 nihil impedit ip̄m habere cām contingētē. **P**otest etia
 distingui in contingente. qd̄ d̄dā est contingēs qd̄ p̄cedit
 a v̄oluntate v̄oluntatis humane ⁊ cause create. qd̄ d̄dā p̄
 p̄ter libertatē ⁊ indifferentiā diuine voluntatis q̄ potest
 facere ⁊ n̄d̄ facere. Et q̄uis p̄m̄ contingēs n̄d̄ potest eē
 causa necessarij. nihil t̄m̄ impedit de sc̄o. **M**edius at̄
 mod⁹ d̄cendū videt̄ rōnabili⁹. Et si tu obijciat qd̄ illd̄
 n̄d̄ soluit. qd̄ posito qd̄ x̄ps n̄d̄ esset incarnat⁹. adhuc ali
 us mod⁹ erat deo possibilis p̄ quē gen⁹ humanū eēt libe
 rarij. ḡ remora p̄destinatōne x̄pi. adhuc salua esset p̄de
 stinatio nostra. ḡ n̄d̄ est cā. d̄dm̄ qd̄ hoc n̄d̄ cogit qd̄ n̄d̄ sit
 causa. s̄ qd̄ n̄d̄ sit cā tota ⁊ p̄ oēm modū causandi est t̄m̄
 p̄ aliquē modū. sicut de facit p̄ aliquē boiem. aliqd̄ bo
 num. ⁊ si ille h̄ n̄d̄ esset nihilomin⁹ faceret. Et t̄m̄ n̄d̄ se
 quit̄ p̄pter h̄ qd̄ ille n̄d̄ sit causa. n̄d̄ em̄ valet hic modus
 arguendi in voluntarijs. Et h̄ sufficiat de p̄destinatōe
 x̄pi a p̄terit. **S**upra em̄ di. viij. quesitū fuit de ea a par
 te sermonis.

Quonsequēter q̄ritur de h̄is vocabulis q̄ vident̄
 importare inceptōz. Et circa h̄ tria sunt dubi
 tabilita p̄quirenda. **P**rimo querit̄. **U**tr̄ simpli
 citer p̄cedendū sit. qd̄ x̄ps sit creatura. **S**ecundo v̄trū p̄ce
 dendū sit. qd̄ ille h̄o ceperit esse homo. **T**ertio queritur
Utrum homo ceperit esse deus.

Questio I

Utrū hec sit p̄cedēda. **X**ps est creatura. Et qd̄ sic ostē
 dit̄ multiplici auct̄itate Aug. ad dardā. **Q**d̄ ad verbum
 expr̄inet creator est x̄ps. **Q**d̄ ad boiem attinet creatus est
 x̄ps. **I**te leo papa. **N**oua ⁊ inaudita v̄uentio. **D**eus q̄
 est q̄ erat sit creatura. **D**am̄. etiā exp̄sse. **N**ō scandaliza
 uit̄ nomē creature. q̄ se seruū aut vermē aut granū natū
 de terra noiauit. **I**de etiā ip̄e. **Q**uid mirabilij⁹ creator
 rē creati. ⁊ plasmatorē plasmari. **R**ich. de sanc. viet. in
 q̄dam sequētia. **P**otestare n̄d̄ natura. sit creator. creatu
 ra. Et h̄is oibus auct̄itatib⁹ tanq̄ vna efficiat rōne con
 cludat qd̄ x̄ps sit creatura. **I**te auct̄e efficatori ad Gal
 tij. **N**isi de f. filij suū factū ex muliere. **S**ilij ad Ro. s̄
 ome factū est creatura. filij aut̄ dei fact⁹. ḡ r̄c. **I**te rōe
In x̄po est v̄nus nature create ⁊ nature increate. ⁊ x̄ps

noiat hypostasim v̄triusq̄ nature. **S**z h̄ est v̄a rōne d̄i
 uine nature. x̄ps ē creator. ⁊ ille h̄o est creator. ḡ pari rōe
 ⁊ h̄. x̄ps est creatura. **I**te de c̄cuncz p̄dicat̄ inferi⁹ ⁊ su
 perius ē necessaria v̄ntia. s̄ creatura est sup̄ius r̄spe
 cru boīs ⁊ aīalis. ⁊ h̄ est vera simpli. x̄ps ē h̄o. ⁊ h̄ x̄ps
 est aīal. ḡ ⁊ hec necessario ē v̄a x̄ps ē creatura. **I**te si x̄ps
 est h̄o. aut creat⁹. aut increat⁹. **N**ō increat⁹ h̄ p̄stat. qz
 oppositio ē in adiecto. ḡ est h̄o creat⁹. s̄ h̄o creat⁹ ē crea
 tura. ḡ r̄c. **I**te sicut caro x̄pi fuit p̄cepta. sic aīa x̄pi fuit
 creata. ḡ sicut rōne carnis hec fuit v̄a. x̄ps ē p̄les virgi
 nis ⁊ p̄cept⁹ de v̄gine. **I**ta hec erit v̄a. x̄ps est creatū a
 dei vel creat⁹ a deo. **S**i dicit qd̄ n̄d̄ est ille p̄pter repu
 gnantiā intellectuū q̄ est in hac. x̄ps ē creatura. **C**ōtra
 maior est repugnantiā cū oppositū p̄dicat̄ de opposito q̄
 creatura de x̄po. s̄ hec est vera x̄ps ē impassibilis. ē im
 mortalis. est mortuus. ḡ r̄c. **S**z contra Roma. viij.
Uanitati subiecta ē oīs creatura. s̄ x̄ps cū sit deus. n̄d̄
 est vanitati subiect⁹. ergo r̄c. **I**te intellec⁹ h̄u⁹ nomi
 nis creatura ē esse de nihilo. sed hoc repugnat x̄po. **C**ū
 ḡ fuerit ab eterno. ḡ n̄d̄ ē cōcedendū x̄pi esse creatū **I**te
 oē creatū incipit esse. s̄ x̄ps fuit ab eterno. quon̄tā ip̄se
 eduxit filios isrl̄ d̄ eḡit p̄o. ḡ r̄c. **I**te x̄ps si ē creatura.
 aut hoc rōne n̄at. aut rōe p̄sone. **R**ōne n̄at n̄d̄. qz natu
 ra n̄d̄ predicat̄ de x̄po. **R**ōne p̄sone n̄d̄. qz p̄sona x̄pi n̄d̄
 est creata. s̄ p̄i coeterna. ḡ nullo mō v̄ez ē qd̄ x̄ps sit cre
 18 atura. **R**ō d̄dm̄ qd̄ predictus sermo a doctozib⁹ d̄ce
 logie cōmuniter n̄d̄ recipit̄. **C**hrist⁹ siue fili⁹ dei ē creatu
 ra. **A**dderent em̄ v̄erbis m̄gri in l̄tera. **R**atio aut̄ qua
 re non recipit̄ ē. qz talis sermo est p̄pinquus errori aut
 appropinquat. et qz male aliqui intelligit̄ ab hereticis
 arrisantis. ⁊ etiā qz de se male ē intelligibilis. **A**rrius nā
 qz dixit filij dei eē creaturā. et qm̄ x̄ps noiat p̄sonā filij
 dei qui dicit̄ christū esse creaturam. non determinās se
 cundum quam naturam intelligat. videtur idē d̄ce
 re qd̄ arrius impie sensit. **E**st etiā male intelligibilis de
 se propter repugnantiā intellectuū. **C**reatura em̄ quan
 tum est de ratione sui nominis dicit̄ respectū ad creat
 rem. dicit̄ aliquid quod habet esse post non esse. **D**icit
 etiā qd̄ habet eē altit̄de p̄ v̄oluntatē p̄cedens. ergo in tali
 locutiōe intellec⁹ p̄dicari repugnare videt̄ intellectu
 ipsi⁹ subiecti fm̄ triplicē d̄tionariā. **E**t p̄p̄tea predict⁹
 sermo ē male intelligibilis. ⁊ fuit male intellec⁹. ⁊ p̄ h̄ t̄
 error. p̄pinqu⁹. **E**t qm̄ sermo theologic⁹ debet esse caroi
 lic⁹ ⁊ v̄itat⁹. ab intellectu n̄d̄ disson⁹ ⁊ rei de q̄ loq̄nar
 cōson⁹. p̄p̄tea predict⁹ sermo n̄d̄ recipit̄ nisi. **D**eterminetur
 v̄n rōnes p̄cedendē sūt q̄ on̄ dunt predictū sermōne n̄d̄ eē
 admittendū. **A**d illd̄ ergo qd̄ p̄mo obijciat in p̄teritū
 de sc̄o n̄d̄ auct̄itib⁹. d̄dm̄ qd̄ sc̄i aliqui multū exp̄sse loquū
 tur amplius q̄ admittat cōis v̄l ob aliqd̄ ex p̄onendū
Et tales sermōes n̄d̄ oportet extendi. s̄ pot̄ n̄d̄ aḡ sūt
 exponendi. et sic ē in predicto sermone. cū dicit̄ cristū eē
 creaturā. hoc aut̄ dicit̄ fm̄ h̄uanā naturā ⁊ vere loquū
 tur non t̄m̄ oportet sermōne illū trahi ad cōmūne v̄sum
Ad illud quod obijciat de verbis apostoli quo di. **20**
 ctur. factū de muliere. d̄dm̄ qd̄ ipsa determinatio d̄ mu
 liere. et alia determinatio qua dicit̄ ad Ro. qui factus
 est ex semine dauid fm̄ carnem. trahit̄ hoc vocabulum
 factus ad standum siue ponendum rē suā circa naturā
 assumptam. **E**t ideo non sequitur propter hoc qd̄ tales
 locutiōes sint sine determinatione p̄cedende. **A**d illd̄
 qd̄ obijciat qd̄ hec p̄cedit sine determinatione. **21**
 christ⁹ ē crea
 tor. d̄dm̄ qd̄ non est simile. qm̄ christ⁹ nominat̄ personā
 verbū q̄ est increata ⁊ create nature p̄ essentiā ⁊ naturā
 p̄p̄tam. **J**o n̄d̄ ita cōiugenter attribuit̄ ei vocabulum

creaturae sicut creatoris. q: nō est talis intellectu dīssō
 nātia. Præterea ille sermo nō ita appōrmat veneno er
 21 rone sicut sermo ppositus. ita p3 q: nō est respūdō. Ad
 illō dō opponit. q: de quocūq; p dīcat inferius 2 supius
 Dm q: vey cōtū ē de virtute illarōis. Un si becē vera
 Petrus ē hō. absq; dubio verū est. petrus ē aīal. Sic erī
 az cōcedi p̄t. q: si vere ē hō. q: vere ē creatura. nō tñ op̄t
 q: si aliq; locutōe v̄dū ē cū inferiori. q: v̄dū sit ca cū
 supiori. ppter diversos mōs significadi. in quoz vno
 intellectus inuenit cōsonātiā i alio repugnātiā. Et qm̄
 p̄dicā locutionē magis respūit doctor: s ppter hoc q
 p̄t esse via in falsitatē vel erroē ppter malū modū intel
 22 lēgēdi q: q: ip̄a de se sit falsa vel erronea. ideo p3 rō. Et p
 h̄ p3 n̄tō ad sequēre obiectōnē Quāvis enī ista admittit
 rat 2 cōcedat xps ē hō creatus. nō tñ simplr cōcedēduz
 est q: sit creat. ne intelligat ei tale p̄dicatū simplr attri
 23 but 2 totaliter. hoc ē rōe virtutis nature. Ad illō qd
 obi: q: cōceptus rōe carnis. 2 ita silr creat rōe anime.
 Dm q: nō est simile. q: et si cōceptio dīcat eritū rei i cō
 nō tñ ita repugnat p̄one xpi intellectō illi? vocabulū. si
 cur intellectus verbi creandi. Et rō hui? est. q: p̄ceptio
 aliq; p̄supponit. 2 naturā determinatā cōcernit. nec dīci
 tur respectu dei s; respectu mulieris siue matris. dīcit
 enī eritū naturalē. sed nō sic creatio vel creatura. Naz
 creatio dīcat actū q: p̄t i totā rei subam. vñ qd creatur
 simpliciter incipit ēē. Nullā etiā determinatā naturāz
 cōcernit. Dīcat etiā respectu ip̄ius creatis 2 eritū volū
 tariū imprat. hinc ē q: mltomagis repugnat p̄one xpi
 vocabulū creādi q: cōcipiēdi. Q: si obīctas q: non ma
 gis repugnat q: si dīcat immortalis 2 mortalis. Dm
 q: et si nō magis repugnet q: p̄t i exteriorē rōem. tamē
 magis repugnat repugnātia dūcere in erroē. Cū enīz
 dīcat immortalis 2 mortalis. q: mortalis p̄supponit crea
 turā viuētē. 2 rōne illi? p̄dicat. idō nō ita repugnat. Et
 p̄terea iste sermo platus ostēdit se nō debere intelligi nī
 si p̄ vntōnē. Sed cū dīcipus ē creatura. nec p̄supponit.
 nec sermo videtur intelligi p̄ vntōnē. imō videt p̄dicatū
 dicere totū ēē subiecti. 2 ppter naturā talis acius q: cō
 suenit ēē in totū. Et sic patet q: nō ē simile. 2 q: valde ra
 tionabile m̄gr dīcat p̄dicatū sermōnē nō ēē trahēdū ad vsū
 q: vntōnē nō possit cōtūci facilliter ip̄m simpliciter 2 abso
 lute ēē falsū. Difficiliores enī 2 efficaciores sūt rōes ad
 oppositū. **Questio II**
 Cū hōc sit cōcedēda. Iste hō incipit esse xpo demō
 strato. Et q: sic v̄t Aug. sup Jo. Anteq; mūdus fieret
 nec nos eramus. nec mediator dei 2 hōim hō xps iesus
 Si q: nō erat aī mūdi cōstitutiōnē. q: incipit ēē. Ite
 nasci ē generari 2 murari fm̄ subam. 2 p̄duci de nō esse i
 esse. sed idē est oīno p̄ducere i ēē 2 incipere esse. Cum q
 bec sit vera. iste hō nasci. 2 bec iste hō in esse p̄ducitur.
 bec etiā erit vera. iste homo incipit esse. Ite aī mōdi
 p̄stitutiōnē bec ē vera. nullus homo est. 2 bec est falsa.
 aliq; homo ē. q: bec ē falsa. iste homo est demōstrato
 cōstruo. 2 bec modo est vera. q: p̄dicatum modo cōuenit
 subiecto. 2 prius nō cōueniebat. q: incipit cōuenire. er
 go bec ē vera. iste hō incipit esse. Ite hō sedtur. Iste
 hō est. q: iste ē hō. p co q: in ppositōe in q: claudis impli
 catio licet ip̄am implicatiōnē inferre. Sequit enī. hō
 mo albus currit. q: homo ē albus. q: sedtur iste homo ē.
 vel fuit ab eterno. q: iste fuit ab eterno hō. s; bec ē falsa.
 iste demōstrato xpo ab eterno fuit homo. q: bec. iste
 homo ē vel fuit ab eterno. 2 mō ē v̄a. restat q: incipit
 ēē vera. q: bec ē vera. iste hō incipit esse. S; Jōh̄s
 viij. Anteq; abrahā fieret ego sū. pari rōne 2 anteq; ce

lum fieret. q: si idē demōstrat p hoc p̄nomē ego. 2 p hoc
 p̄nomē iste. v̄t q: bec sit vera. Ite hō fuit aī mūdi cōstit
 tutiōnē. ergo bec ē falsa. ille d: incipit ēē. Ite m̄gr cō
 cedit hāc. Ite puer creavit se. las. s; cui vere attribuit
 creare stellas. vere attribuit semp esse. q: iste puer sp̄ su
 it. q: bec ē falsa. iste puer incipit esse. Cōstr bec negat a
 m̄gro. iste hō siue xps ē creatura. s; hoc nō ē ob aliū nisi
 q: p̄ nomē creature imprat erit 2 nō ēē in cō. q: pari ra
 tione vel multo fortiori bec ē falsa. iste hō incipit esse.
 Ite p̄puz ē p̄nois p̄ ppo noie poni 2 certā designare p
 sonā. q: cū dī. iste hō. hoc p̄nomē iste demōstrat p̄sonāz
 S; p̄sona xpi sp̄ fuit. 2 nunq; incipit ēē. q: bec ē falsa. il
 le homo incipit ēē. Si tu dicas q: p̄sona ibi large acci
 pit. Adhuc obi: q: qd dē demōstrat. demōstrat. siue sup
 positū siue p̄sonā p̄pē. ergo v̄t q: adhuc falsa ē locutio.
 q: expositio hui? verbi incipit ēē bec. hoc incipit ēē. q: h
 mō ē. sed p̄us nō fuit. Si ergo bec ē vera ille hō incipit
 esse. bec ē vera. iste homo nō est 2 p̄us nō fuit. S; q: v̄t
 q: mō accipiat. falsa ē locutio. iste hō p̄us nō fuit. Si
 enī p̄sona. eius opposita ē vera. ille hō p̄us fuit. Si
 militer si p̄suppositio. v̄a ē. iste hō p̄us fuit. ppter cōtra
 tione ideo natū. s; nō licet negare de aliq; qd v̄t affirmā
 tur siue p̄ p̄p̄tate nature. siue p̄ vntōnē. Nec enī sim
 pliciter ē falsa. hō nō ē dē. q: et p̄ opposita ē vera p̄ vntō
 nē. Cū q: oīm mō ista sit vera. iste homo sp̄ fuit. bec oīm
 mō ē falsa. ille homo incipit esse. Ite sicut sup̄ habi
 tum fuit. ille terminus hō dīctus de cōstruo quodāmodo
 habet naturā terminū accidentalis. q: i termino acciden
 tali suppositū p̄t utere p̄ forme. sic 2 in ppositio ē rep̄
 re. sed regula daf q: terminus accidentalis supponēs v̄bo
 de p̄terito p̄t supponere p̄ p̄ntū vel p̄ p̄teritis. ita q: in
 differēter p̄t reddere locutiōnē verā p̄ bis vel illis. Ite
 ppter hoc dī locutio multiplex. q: nō comparat ad illa
 tanq; ad significata. sed tanq; ad supposita. s; talis lo
 cutio dīctur habere plures causas veritatis. Cū q: dī
 cif iste hō fuit. sensus ē. ille d: hō fuit. vel ille d: fuit bo
 mo fuit. si d: bec simplr ē v̄a. ille d: hō ab eterno fuit. er
 go et bec. ille homo ab eterno fuit. ergo bec est falsa sim
 pliciter. ille homo incipit esse 2 nullatenus distingui
 da. **Responsio** Ad intelligentiam huius locutiōnis
 consideranda est responsio magistri. Magister enī re
 spondet dicens q: ad hanc locutiōnē non est ferenda
 responsio sine distinctōe. ip̄e tamen non distinguit. s;
 determinat q: incipit esse q: tū ad naturā. licet nō q: tūz
 ad p̄sonam. Incipit ēē fm̄ naturam humanam. sed nō
 incipit esse inq̄rum verbum. sed certe iste modus dicē
 di non sufficit opponenti importuno. queret enī rōnēz
 multiplicatis. 2 quem sensum faciat p̄dicata locutio
 q̄tum est de vi verborūz. 2 hoc nō potest haberi ex ver
 bis magistri ad liquidum. Et ppter ea temprandum
 est distinguere si quo modo possumus aptare p̄dicte
 locutiōni. onueniēte distinguendi modū. Videtur au
 tem p̄dicata locutio posse distingui ex eo q: verbus in
 cipiendi potest notare inceptiōnem r. spectu veritatis
 totius dīcti. Vel potest importare inceptiōnem rei p̄e
 dicatē respectu subiecti. Si primo modo tunc est sensus
 Iste homo incipit esse. hoc est. locutio ista. s; ille hō
 mo est incipit esse vera. 2 hoc absq; dubio verum est.
 Si autem dicat inceptiōnē esse respectu eius qd demō
 strat p hoc p̄nomē iste. cū illud habeat esse eternū.
 vel p̄ p̄p̄tiam naturā. vel ideonarum cōmunicatiōnez
 videtur tunc locutio falsa. Sed hic modus dicendi ca
 lūmabilis est. tum quia nō videt q: verbum incipiendi
 habeat ferri sup̄ totū. cū nihil sit q: reddat sibi suppositū

in qua q: no est questio. vtz ofo illa incipiat esse ya. sz
 est qtho. vtz res importata p hoc qd dicit. ille ho ince-
 pit ee. sic mod? iste dicit no videt in se valere. nec eti
 am qstione terminare. Et ppterca pot esse altus modus
 dicendi. hoc sp supposito q incipit dicat inceptioem
 rei attribuit. sive actus in predicato respectu subiecti.
 sz hoc pot ee duplicif. Vel qz pot notare inceptioem re-
 spectu rei impate p pnome fin se. vel sub rone impli-
 carois. Implicat em forma humanitatis cu dicit. iste
 homo. ille q est ho. Et si dicat inceptioem respectu sub-
 iecti sive psonae impate p pnome falsus e sermo. qz pso
 na illa no habet ee post no esse. Si vero respectu impli-
 carois vera e locutio. est em sensus qz iste incipit ee. no
 qz ite. sz qz ho sive fm natura humana. Et pot ponit ex
 emplu. Si scutu prius fuerit. et postmodu dealbet. hoc
 est duplex. scutu albu incipit esse iuxta pdictu modum
 distinguendi. sz ad hoc iste modus dicendi no min? est. ca
 lamitabilis qz pcedes p eo qz hoc locuto scutu albus in-
 cepit ee habet ex pte p has duas. scutu albus est. et hec
 no est duplex. et alia que est. scutu albu prius no fuit. et
 hec est falsa. qz eius opposita e vera. scutu albu fuit. Al-
 bi em cu sit terminus accidentalis pot supponere p pre-
 sentibus et pteritis p indifferentia. no p multiplicitatez.
 pterea si dicat homo albus incipit currere. incipit.
 no ponit qrum est de vi vocabuli circa albedine. sed cir-
 ca cursum. Et ideo adhuc iste modus dicendi e calumia-
 bilis no modicu. Est adhuc tertius modus dicendi qz h
 pnome ille pot demonstrare psonam verbi vel singula-
 re hominis. Et si demonstrat singulare hominis. sic oportet
 coedere hanc. iste ho no incipit ee. et hanc. iste homo est
 ab eterno. sicut coedit qz iste homo e mortuus et imor-
 talis. sed vnu dicit p comunicacione ideomatu. alteruz
 vo p pterate nature. Si cu xpūs nascit aliqs homo
 mutatur de no esse in ee. necesse est qz aliqs homo inci-
 pit ee esse. sed no est vez p pterate nature. sz in ab eter-
 no de ee. qz ee qz est ab eterno. Si g iste homo demon-
 strat singulare hominis. absqz dubio vera e predicta lo-
 cutio. si aut demonstrat psonam verbi falsa. falsa inqz qz
 ad pterate nature. qz psona verbi de sua natura est
 eterna. Quatu etiā ad comunicacione ideomatu no ad-
 mittitur. qz tale ideoma no comunicatur. ppter hoc qz
 claudit repugnantiam intellectu. Et hic modus dicē-
 di rationabilis est et minus calumitabilis qz pdicti. et p
 facit ad ppositu. et magis consonat verbis magistrif qui
 da: sensu pdicte distinctiois qz verba no ponat. ne-
 desereret modu theologicu. Nodermoxes vero opoz-
 ter magis explicare ppter importunitate querentiu. De-
 terminat em magister qz iste homo incipit esse fm qz ho
 non aut fm qz verbu. Quid aut est aliud dicere. nisi qz
 p illud pnome pot demonstrari singulare hominis. vel
 psona filij dei. Sedm hanc ergo distinctioem no omnino
 coededa est pdicta locutio. nec omnino neganda. Et
 cedi em p fm vnu sensum. et negari fm altum. Et ideo
 rones que pbant pdictam locutionem in altu sensu esse
 vera. et alie q pbant in aliquo sensu esse falsam. ptransi-
 ri pnt. qz p ista distinctioem solvuntur. fm ei diversa me-
 bra vrez vez cocludit. sicut fut due pnie rōes ad pri-
 ma pte. et pme due ad ptem scdam. Ad illas vero q ostē-
 dūt locutionē esse vera simpliciter vel falsam. simpliciter
 respōdendū est. Ad illd qd obijcit qz an mudi consti-
 tutionē hec est vera nullus homo est. Dm qz vera est.
 sed tamen no oportet qz ista no sit vera. null? ho fuit. Et
 ratio huius est ppter variatōs suppositōis termi. Naz

sicut tactu est iste terminus. ho. in xpo habet modum sup-
 ponendi termini accidentalis. sed illud argumentu n va-
 let. hec fuit falsa albu disgregat. qz hec est falsa albu dis-
 gregat. variat em no ad supponendi istius termini. In p-
 na em habebat vnicā suppositōis. in scda duplicē. Un-
 qz ista illa sit falsa. ille ho est an mudi constitutoz. h em est
 vera. iste ho fuit. qz sensus pot ee talis. ille q nūc est ho.
 an mudi constitutoz fuit. id no valet rō illa. Ad illd
 qd obr q implicatio sequit ad ppositioem in q implicat
 ddm q vez est fm ea differentia rōis fm qua implicat
 Un bn sequit. si ho albus currit. ho est albus. Sed hec
 cu implicatio est respectu sibi de pterito tūc habet dupli-
 cem suppositioem. quia supponit p presentibus et p pterit-
 is. Et ideo no sequit. iste ho ab eterno fuit. qz ab eterno
 fuit ho. Sicut no sequit. hoc albus fuit. qz hoc fuit albu
 quia regula est q terminus apponens verbo restringit
 fm signatu verbi cutuscuqz rōis verbo apponat. non
 autē sic est de termino ex pte subiecti. Et pterea rō illa pec-
 cat ex mutatione suppositōis. Ad duas aut rōnes in
 oppositu no oportet rēdere. quia pcedunt fm altu sensuz
 scz pnt ille demonstrat psonam. Pterea no cocludit
 qz pdicta locutio sit falsa. qz possunt hec simul stare. qz
 sp fuerit. et qz incipit esse fm diuersas naturas. Sz
 illud qd obijcit tertio qz pnome demonstrat psonā. ddm
 qz psona accipit large p omi qd reddit de terminu sup-
 positu verbo. p em dicit. hec albedo. et sic pot bene de-
 monstrare singulare suppositu hois. id est arthomu na-
 ture humane qd assumptū est a verbo. vel ipam hypo-
 stasim sacra demonstratōe no ad sensum. sz ad intellectu
 Et si obijcit qz in vtroqz sensu est falsa. qz hec in vtroqz
 sensu est ya. ille ho sp fuit. ddm qz in talibus plus tollit
 negatio qz ponat affirmatio opposita. Hec em sicut
 scz xpm e mortale et imortale. Sz ille due locutioes no
 simul stant. xps est mortalis. xps no est mortalis. qz ne-
 gatio magis negat et remouet significatōis eius qd e mor-
 tale qz imortale sibi oppositu. Per hūc etiā modū intel-
 ligendū qz amplu negat in hac. iste ho no fuit qz in hac
 ite ho incipit esse. qz est affirmatio. sz claudit negatōz
 Hec em simul possunt ee. iste ho est eternus. et ille ho
 incipit ee. sz ille due nunqz. ille ho est eternus. ille ho no
 est eternus. ea rōe q dicitur est. et no pot cocludi qz locutio
 pdicta sit falsa simpli. Ad illud qd obr. qz ho in xpo
 hz modum supponendi termini accidentalis. ddm qz hoc
 pot pcedi in coparōe ad psonā xpi qz est suppositu huma-
 nitatis in infinita pcedens forma humanitatis. Sz in co-
 paratione ad singulare hois vntatez no hz. Un qn ille ho
 demonstrat singulare hois. necessario ad idē rōis referretur
 suppositu importatu p pnome et forma importata p no-
 me. Et id hec e falsa. ille ho fuit ab eterno. nisi intelliga-
 tur p ideomatu coicatione. Na p pdicta e nature verū
 est dicere qz ille ho exiuit de no esse in ee p generatōz. Et
 sic p rōis ad totū. Dm g rōis tota summa i hys
 tribz pstitit. vt intelligat qz alter pnome demonstrare p-
 duplex. scz vel psonā sibi. vel singulare hois. Intelligat
 nihilominus quō differentē supponendi modū hz terminus
 accidentalis et subalis respectu verbi de pterito. qz is ex
 pte pdicatu no sit differentia. Intelligat etiā qz possibile
 est duo opozita affirmari de eodē in xpo. ita qz vnu di-
 ctur p vmonē. alter p ppterate nature sive de eo. sive
 de homine. neutru in istoz vere pot negari. plus enim
 tollit negatio qz ponat affirmatio. sicut dicitur alibi et
 facilliter possit ostendi.

Quæstio III f
 Utrū hec sit concedenda. Homo incipit esse reus. Et

25

26

27

28

q sic videtur. Ita est vera. deus incepit esse homo. q
 a simplici conuersa. homo incepit esse deus. Itē hec ē a
 homo incepit esse homo ppter vnionē. sed vnio est reci-
 proca & mutua. q: sicut homo vnitur deo. & deus homi-
 ergo si vnio recipitur. & incepit q sup vnionē fut-
 datur. ergo si hec est vera. deus incepit esse homo. ita &
 h homo incepit esse deus. ¶ Itē sumus in instanti i quo
 filius dei incarnatus est. hec est vera. homo est deus.
 & ante hoc homo nō fuit ds. ergo homo incepit esse deus.
 pmissē sūt vere. ergo conclusio. qm pmissē exponūt con-
 clusione. ¶ Itē anteq̄ homo eēt. nec homo erat homo
 nec aliud. sed homo incepit esse homo. & hō nō potuit
 ante esse ds q̄ eēt homo. ergo si homo incepit esse homo
 homo cepit esse ds. ¶ Sed cōtra. Hec ē vera. Itē ho-
 mo fuit ab eterno ds. & ad istū hoīem sequitur homo. q̄
 homo fuit deus ab eterno. ergo hec ē falsa. homo ince-
 pit esse deus. ¶ Itē si homo incepit esse deus. aut ergo
 iste aut ille. & sic de alijs. sed nō est d are nisi d isto. & iste
 homo semp fuit ds. ergo nō cepit esse deus. ergo hec est
 falsa homo cepit esse deus. ¶ Item communicatio est
 in ideomatibus. ergo si homo incepit esse deus vide-
 tur q̄ hec sit cōcedenda. de filius incepit esse deus. sed
 hec est falsa simpliciter. ergo & p̄ma. ¶ Itē esto q̄ fili-
 us dei deponeret hominem que assumpsit p̄ impossibi-
 le. tūc quero de hac. iste hō desinit esse deus. hec est falsa.
 ¶ p̄ parte rōne & hec ē falsa. homo incepit esse deus. tūc assūpsit
 p̄ obario minoris. nūc ē vnio. q̄ comunicatio ē i idco-
 matib. ergo si filius dei semp erit filius dei. & homo sp̄
 erit deus. sequitur necessario q̄ hec sit v̄a. iste homo erit
 semp ds. & hec similiter. filius dei sp̄ erit homo. q̄ & hec
 est falsa. homo desinit esse deus. & hec. deus desinit eē
 homo. p̄ parte rōne & hec sūt falsē. iste homo incepit esse ds
 29 & deus incepit esse homo. ¶ R̄. ddm. q̄ absq̄ dubio
 hec cōceditur. deus incepit esse homo. sed d hac. homo
 incepit esse ds. dubiū est. v̄z simplr sit cōcedēda. Qui
 dam enī voluerūt eā distinguere. ex eo q̄ hoc verbū in-
 cepit p̄t attribui huic termino homo rōe suppositi. v̄l
 rōne forme. Si attribuitur rōne forme. tūc iste termi-
 nus homo habet sup̄dem simplicem. & tūc est sensus.
 q̄ deus incepit p̄dicari de homie. q̄ mō p̄dicatur. & p̄
 us nō p̄dicatur. & sic locutio habet veritatē. Si vero
 respicitur ip̄m rōe suppositi. sic dixerūt q̄ hec est falsa lo-
 cutio. q̄ supposito semp cōuenit eē deū. Huius autē sile
 assignat sicut si dicat albu incepit esse deū. eo q̄ seutum
 p̄mū fuit & postea de alberur. Si enī inceptio attribua-
 tur huic termino albu rōne forme vera est locutio. Si
 rōne suppositi. falsa est. Quia qd est album p̄mū fuit seu-
 tū. Si autē querat ratio huius multiplicitaris. dicunt
 eā ex hoc. puenire. quia verbū incepti claudit in se ne-
 gationē. & illa pōt intelligi p̄cedere terminū. & sic respit
 ip̄m habere simplicem sup̄dem. vel sequi. & sic respit
 cit ip̄m gratia suppositi. Unde quīs respectu aliquorū
 actū vel verborū terminū subiectus determinare habe-
 at sup̄dem simplicē aut p̄sonalem. tamē respectu huius
 verbi incepit virosq̄ modo p̄t supponere. & hoc non po-
 nit multiplicitarē in supponente. sed in tota locutione
 ex varia negatōnis cōparatōne. Hec autē distinctō s̄
 ris est rōnabilis. si tamen intelligat simplex suppositio
 vt dicat terminus habere simplicē sup̄dem sub q̄ nō
 licet descendere. sicut ū dicat solus homo currit. v̄l sim-
 plicem sup̄dem habere quādo p̄dicatum vel aliquid
 in p̄dicato respicit ip̄m gra forme. Licet autē non sit p̄-
 dicta distinctō reprobanda. attamē nō dissoluit plene
 ambiguitatē locutōis. p̄posite. qm si respicit ip̄sum ra-

tiōe suppositi. adhuc habet locutio v̄tatem. Si enī hec
 est vera. iste homo incepit esse in aliquo sensu vt prius
 p̄batū est. absq̄ dubio verū est q̄ incepit esse deus. Et
 p̄pter hoc intelligēdū q̄ adhuc p̄dicta locutio habet
 veritatem fm q̄ verbum incepti respicit t̄m subiecti
 gratia suppositi. Unde attendēdū q̄ ille terminus hō
 respectu christi p̄mū habet naturā termini accidentalis.
 partim naturā termini substantialis. Naturam inq̄
 termini accidentalis respectu p̄sone que p̄cessit. Na-
 turā termini substantialis respectu singularis hominis
 q̄ simul cū ip̄o incepit. per quod illi terminus homo ha-
 bet supponere pro singulari hominis p̄ se. p̄ p̄sone verbi
 non. nō ergo gratia vnionis. Et qm p̄ sup̄ oīto singu-
 laris hominis. qd quidem est icelus. habet veritatē locu-
 tio. q̄uis nō habeat pro supposito qd est p̄sone christi.
 hinc est q̄ p̄dicta locutio recipit tanq̄ simplr vera.
 Et concedēde sūt rōnes ad hoc. ¶ Ad illud qd obicitur.
 q̄ hec est vera. Ille homo ab eterno fuit ds. Ddm q̄ si
 iste demonstrat p̄sonam. vera est. & in illo sensu falsa est.
 iste homo incepit esse deus. Si vero sup̄ oīstium homi-
 nis respicitur. adhuc pōt esse vera p̄ vnionem sive idco-
 mati comunicatiōne. sed tamē ex hoc nō sequit. q̄ ista
 sit falsa iste homo incepit esse deus p̄ p̄p̄tate sue natu-
 re. Cōuenit enī sicut prius dictum fuit huic hoīem dicere
 mortale & immortale sine cōtradictione. Ergo hoc p̄p̄
 sequēs obicitur. q̄ si hō incepit esse ds. aut iste aut ille.
 Dicit p̄ q̄ iste. sed iste ibi nō demonstrat p̄sonam sed in
 32 gularē hōis sicut prius ddm fuit. Unde non est simile. si
